Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



47.

illa hora noctis lauit plagas eorum. et baptizatus
est ipse et omnes ei continuo. Cumque perduxisset eos in domum
suam apposuit eis mensam. et letatus est cum omni domo sua
credens deo. Et cum dies factus esset. miserunt magistratus
lictores dicentes. dimitte homines illos. Nunciauit
autem custos carceris uerba hec paulo. quia miserunt magistratus
ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes. ite in pace. Paulus
autem dixit eis. cesos nos publice indamnatos homines roma-
nos miserunt in carcere. et nunc occulte nos eiciunt. non.
sed uenant. et ipsi nos eiciant. Nunciauerunt autem magis
tratibus lictores uerba hec. timuerunque audito quod romani
essent. et uenientes deprecati sunt eos. et deducentes roga
bant ut egrederentur de urbe. Exeuntes autem de carcere
introierunt ad lydiam. et uisis fratribus consolati sunt eos. et profec
tusunt. Cum autem pambulassent amphipolim et apollo Ca[pitulum]. IA.
niam uenerunt thesalonicam. ubi erat synagoga iudeorum.
et secundum consuetudinem paulus introiuit ad eos. et per tria
sabbata disserebat eis de scripturis. adaperiens et insi
nuans. quia xpm oportuit pati et resurgere a mortuis.
et quia hic est ihesus xpc quem ego adnuntio uobis. et quidam
ex eis crediderunt et adiuncti sunt paulo et silae. et de colen
tibus gentibus. et multitudo magna. et mulieres nobiles
non pauce. Zelantes autem iudei assumentesque de uulgo uiros quosdam malos. et turba facta concita
uerunt ciuitatem. et assistentes domui iasonis. querebant
eos perducere in populum. Et cum non inuenissent eos. trahebant
iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes.
amphi sunt qui urbem concitant et huc uenerunt. Quos suscepit
iason. et hi omnes contra decreta cesaris faciunt regem
alium dicentes esse ihesum. Concitauerunt autem plebem et principes